



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Liber De Regno Dei, De Qvo Christvs Loqvvtvs Per Dies quadraginta

Flavin, Melchior de

Parisiis, 1566

De bello vltimi Antichristi aduersus regnum Christi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29986

De bello vltimi antichristi aduersus
regnum Christi.

Quarta bestia quæ inuadit regnum Christi quam Daniel non nominat erit antichristus, bestia, inquam, terribilis atque mirabilis fortis nimis, dentes ferreos habes magnos, comedens atque comminuens, reliqua pedibus suis conculcans quæ alias deuorabit: tunc finis belli ecclesiæ. Ideo erit bellum Archidamicum & grauissimum quale non fuit ab initio mundi, Matt. 24. & Luc. 21. Tunc erit solutus Satan, Apoc. 20. Et nos relinquemus arma nostra primùm scutum fidei, Luc. 18. 1. ad Timot. 4. 2. ad Timo. 3. & 2. Pet. 3. vnde, Matt. 25. Dicit Christus se venturum nocte media, parte obscuriori, quando mundus erit in profundo errorū. Itē charitas, Matt. 24. 2. ad Tim. 3. & 2. Pet. 3. Item gladius verbi Dei de quo Ephe. 6. & Heb. 4. sine quo non est fides, Rom. 10. neque alitur. Amos 4. mittam famem verbi, 2. ad Timot. 4. à veritate quidem auertent auditum. Vnde quando est ventura aliqua tribulatio grauissima, an-

Matt. 24.
Luc. 21.
Apoc. 20.

Luc. 18.
1. Tim. 4.
2. Timo. 3.
2. Pet. 3.
Matt. 25.

Mat. 24.
2. Tim. 3.
2. Pet. 3.
Ephes. 6.
Hebr. 4.
Rom. 10.
Amos 4.
2. Tim. 4.

recedit contemptus verbi Dei, 2. Paral. 2. Para. vlt.
 ultimo, Hiere. 3. 11. 14. Matth. 10. Si quis Hiere. 3. 11.
 nō receperit vos, nec audierit sermones 14.
 vestros, tolerabilius erit terræ Sodomorū Matth. 10.
 & Gomorræorū in die iudicij, quàm ci-
 uitati illi: Sine gladio enim verbi Dei nō
 est victoria, nec sine fide, Hebr. 11. 1. Ioā. 5. Heb. 11.
 & 1. Pet. 5. Attamen electi non peribunt. 1. Ioan. 5.
 Ioan. 10. Oves meas nō rapiet quisquam 1. Pet. 5.
 de manibus meis, & nō peribunt in æte- Ioan. 10.
 num. Matth. 24. In errorem ducentur (si
 fieri potest) etiam electi. Post flagellum
 concussa & contrita palæa, sub ea inue-
 nitur granum purissimum: sic de piis post
 flagellum Dei. Tunc descendet pro no-
 bis pugnaturus Christus, cum sua militia
 cœlesti angelorum. Luc. 22. Virtutes cœ- Luc. 22.
 lorum commouebuntur. Pugnabunt &
 omnia elementa sicut certarūt pro Chri-
 sto in morte eius. Tunc inimici videntes
 triumphum & coronas nostras, turbabū-
 rur timore horribili. Hi sunt quos aliquā-
 do habuimus in derisum, &c. Ecce quo- Sapien. 5.
 modo computati sunt inter filios Dei.
 Tunc audiemus vocem inuitantis Chri-
 sti: venite benedicti patris mei. &c. Euge Matth. 25.
 serue bone & fidelis, tunc cātabimus cā-

rsus

adit re-
 Daniel
 tichri-
 terribi-
 rtis ni-
 come-
 edibus
 it: tunc
 im Ar-
 le non
 Luc. 21.
 Et nos
 n scutu
 imo. 3.
 hristus
 obscu-
 fundo
 Tim. 3.
 de quo
 t fides,
 tram fa-
 te qui-
 ndo est
 na, an-

1. Cor. 15. Apoc. 5. 7. 19. Ista omnia bella
 exuscitata sunt à Satana. Gene. 3. Inimici-
 tias ponam inter te & mulierē, id est ec-
 clesiam: tu insidiaberis calcaneo eius, qui
 est vel mors vel finis & interitus mundi.
 Periclitamur etiam nostris incommodis
 quàm sint fortia arma Satanæ, quæ fermè
 totum regnum Christi deuicerūt, quan-
 do quidem exuimus arma regis nostri.
 Quot Machometati, Schismatici, hereti-
 ci: heu zizania suffocauit bonum semen
 agricolæ! Luc. 8. nullo vigilante, neque
 eradicante, sentes, spinas, & vepres, Hie-
 rem. 1. & Esa. 5. vomere euangelij, de quo
 Luc. 9. vbi nunc peragrantes mundum
 vniuersum, ad promendum euangelium
 vt iubet Dominus, Mar. vlt. & Mat. etiam
 vltimo exemplo Pauli, Ro. vlt. & Act. 20.
*Impiger extremos currit mercator ad indos,
 Per mare pauperiē fugiens, per tela, per ignes.*
 Quis eò currit pro salute animarum? ex-
 ponūtur oues lupis, & pastores dormiūt:
 veternum curant denarios & sæculi ne-
 gotia: sumunt arma corporalia, non co-
 gitātes quomodo Moyse plus vicit ora-
 tione quàm Iosue armis. Paul. Eph. 6. Post
 descriptam

1. Cor. 15.

Apo. 5. 7. 19

Gene. 3.

Luc. 8.

Hiere. 1.

Esa. 5.

Luc. 9.

Mar. vlt.

Matt. vlt.

Rom. vlt.

Act. 20.

Ephes. 6.

descriptam panopliam militis Christiani
 pro coronide, adiungit per omnem ora-
 tionem & obsecrationē: dæmones enim
 ieiunio & oratione pelluntur. *Matth. 17.* *Matth. 17.*
 plus cruce viua, quàm mortua. sic vicit
 oratione Alexander Arrium. atqui im- *Ex meta-*
 perium facilè iis armis retinetur, quibus *morph.*
 initio partum est. Ij, quos Christus extu-
 lit reliquerunt arma: Christi perfugæ &
 desertores militiæ Christianæ, pugnan-
 tes etiamnum contra Christum, & in ma-
 terna viscera vires conuertūt: Quos que-
 ret Christus & ecclesia propugnatores à
 filiis deserta, qui confugerūt ad hostem,
 & induerunt arma eius, ic̄to fœdere cum
 eò? Pro armis siquidē de quibus *Ephes. 6.* *Ephes. 6.*
 acceperūt lorica inuistitiæ, scutum pru-
 dentia carnis, galæam amoris mundani,
 gladium carnis, quod est verbum men-
 dax diaboli. Olim contra tyrannorum ra-
 biem erat constantia martyrum: contra
 versutiam hæreticorum sapientia docto-
 rum. Nūc autem queritur ecclesia *Psal. 37.* *Psal. 37.*
 37. Amici mei, & proximi mei aduersum
 me steterunt, &c. Prudentia carnis de qua
 Christus *Luc. 21.* attendunt congerendis *Luc. 21.*
 opibus: sacerdotiis: & studiis eorum quæ

DE REGNO

faciunt ad lucrum: non ad animarum salutem: Item ambitionibus, non attendentes exempla Dathan & Abiron, Iudæ, Symonis Magi, Ozeæ regis: sperantes temporalia: ut olim in lege: idque à principibus. Non aduertunt periculum in prælationibus: sed lucrum. Arma diaboli sunt fortissima & acuta hoc tempore, quæ exsim & punctim & cominus inferunt nobis vulnera: membra videlicet nostra: de quibus Rom. 6. quæ exequuntur concupiscentias honorum, diuitiarum & voluptatum. Hostes igitur ecclesiæ & præcipuè hæretici vincendi, oratione & verbo Dei & nunquam deponenda arma Christi: maximè in morte: in qua diabolus suadet non esse gehennam, non timendum, sicut dixit Euæ: nequaquam moriemini. Aduerte interim seriò quod quemadmodum Arrius præcessit Machometum cui muniuit viam: sic Lutherus antichristum. Is enim & consecranei sui, subvertentes totam Rempub. Christianam: sacerdotium, sacramenta, templa, imagines: & reuocantes omnia quæ hætenus ecclesia tenuit: in dubium quid aliud præstant nisi quod sternunt viam antichristo,

Rom. 6.

qui inueniet omnia parata? At veniet
Christus quarta vigilia noctis: omnibus
desperatis: qui tunc clamabit ego adsum
nolite timere, qui imperabit ventis &
mari.

*De initio regni Christi, &
antiquitate.*

C A P. 31.

Considerandum venit quando
& quibus auspiciis cœperit re-
gnum Christi: qui enim memo-
riæ produnt regna huius mun-
di nituntur plurimum perquirere eorum
initia. Regnum enim Babylonicum vnũ
ex primis orbis, accepit suum intium à
Nemroth tyranno: anno à creatione mũ-
di 2509. Regnum Ethan paulo ante à Io-
nico quarto filio Noe. Scytharum autem
regnum à Thanao: à quo Thanais flu- De ciuit. 18.
uius desumpsit nomen anno 2643. Assy-
riorum verò à Belo anno 2930. Ægyptio-
rum autem à Sores 2773. Hispaniæ à Tu-
bal quinto filio Iaphet anno 3109. Fran-
corum anno Christi 452. tempore Valē-
tiniani. Imperium Germanorum ab Ot-
thone primo anno Christi 962. tempore
Leonis papæ. Turcarũ autem anno Chri-